



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

12 Baptismus est fundamentum, & janua omnium Sacramentorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

de sac. vñt. & cap. novissime, de consecr. dist. † Duo enim sunt in chrismate, scilicet oleum olivarum, & balsamum, Graff. decis. aur. par. 2, lib. 1, cap. 5, num. 10. si vero per errorem quis non chrismate, sed oleo tantum deliniretur, non esset Sacramentum iterandum, sed tantum caute chrismate supplendum, Innoc. in cap. 1, de sacram. non iter. quem sequitur Covar. eod. cap. 10, n. 4.

7 Confirmationis † autem Sacramentum differt à baptismo, qui est necessarius ad salutem, non autem confirmationis sacramentum, quod tutius sine peccato potest omitti, quam ab iis, quibus id conferre non licet, ex temeritate assumatur, ut inquit tex. in eod. cap. quanto, de consuet. † Est enim confirmatio consignatio facta cum chrismate in fronte baptizati ab Episcopo cum certa forma verborum ad audacter cōfitendum nomen Christi, Graff. decis. aur. par. 2, lib. 1, cap. 5, num. 1. forma autem verborum est; Signo te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis: ita definitur à S. Thom. art. 3, S. Bonav. art. 1, q. 1, & Rich. q. 2, art. 4.

9 Chrismatis vero unctio tripliciter fit, † in tribus Sacramentis, quorum diversitas ex fine accipitur, quia in baptismo fit in vertice, ad significandū fidei susceptionē, quia vertex est locus cellulæ rationalis, ac per modum crucis, ut per crucem Redemptoris bona accepta in baptismo obtine-
13 re cognoscamus. In confirmatione fit in fronte, ad significandū audaciam confessionis, cujus impedimentū, scilicet, timor, & vetecundia magis manifestatur in pallore, & rubore frontis, ex propinquitate cellulæ imaginariæ, fitque in modum crucis, ut in crucifixo, & per crucifixū sit to-

ta spes, & fiducia confirmato, ut in tentationibus suis recogitet eum, qui talem sustinuit passionem, cap. 11, ad Hebr. In ordine vero fit in manibus ad significandum potestatem consecrandi corpus Christi, ut post Petr. 4, dist. 7 q. 3, art. 3. tenet Graf. d. cap. 5, num. mibi 13. † Effectus autem Sacramenti confirmationis est, quod per illius collationem ita imprimitur character, quemadmodum in baptismo imprimitur character fidei, conformans nos divinæ sapientiæ, & in ordine character potestatis conformans nos divinæ potentia, ita in confirmatione imprimitur character plenitudinis Spiritus sancti, conformans nos divinæ bonitati, daturq; per confirmationem plenitudo copiae gratiae ad fortiter resistendū contra pressuras mundi, & quod in hoc Sacramento Spiritus sancti gratia augeatur, ut cōfirmemur ad pugnandum, probat tex. in c. 2, & c. novissime, de consecr. dist. 5. † Et, quia hoc Sacramento imprimitur character, reiterari non potest, c. dictum, cum seq. de consecr. ead. dist. 5. Ut enim quis illud recipere possit, requiritur, ut sit baptizatus, quia, nisi baptismus præcedat, nihil reciperet, cum baptismus sit fundamentum, † & janua omnium Sacramentorum, ut c. 1, & c. veniens, de presbyter. bapt. & gloss. fin. in eod. c. quanto, de consuet. Licet autem Sacramentum confirmationis sine peccato omitti possit, d. c. quanto, de consuet. † Tamen pueri confirmati majorem gloriam consequuntur, quam non confirmati, quemadmodum in præsentī majus obtinent augmentum gratiae, cap. 2, de consecr. dist. 5. & gloss. fin. in c. ut jejuni in ead. dist. & quamvis Episcopis, & non inferioribus liceat Sacramentum cōfirmationis ministrare, nec facta.

culsa.